



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epitome In Qvatvor Lib. Sententiarvm M. Petri Lombardi

Spina, Claudius de

Parisiis, 1551

46. de voluntate quo ad suos effectus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38840

EPISTOMA

Abrahæ immolare Filium, nec tamen voluit,
nec ideo præcepit ut id fieret, sed ut Abrahæ
probaretur fides. Et in Euág. præcepit sana-
to ne cui diceret: ille autem prædicauit v-
bique, intelligens Deū non ideo prohibui-
se, quin vellet opus suum prædicari: sed ut
daret formam homini laudem humanam
declinandi.

DE VOLVNTATE QVO-
ad suos effectus.

DISTINCT. Quadragesimæ sextæ
CAP. Primum.

Voluntas Dei Benepaciti semper impletur.

Dicitum est in superioribus, quod volun-
tas Dei benepaciti non potest cassa-
ri: quia illa voluntate fecit quæcunque
voluit in cælo & in terra: sed quæritur quo-
modo accipiēdū sit quod Apostolus ait, Vult
omnes homines saluos fieri: quum non om-
nes salui fiant, humana voluntate impedien-
te voluntatem Dei: & Dominus in Euange-
lio, Quoties volui (ait) congregare filios ^{Matt.}
tuos, sicut gallina congregat pullos sub alas,
& noluisti? Ad hæc respondet Augu. in En-
chirid. quod sensus huius, Vult omnes homi-
nes saluos, &c. est, & nullus homo fit saluus,
nisi quem vult saluum fieri: siue quod qui-
cunque saluatur, Dei voluntate saluatur.
^{1. Ti. 4}
^{23,}
^{Ca. 98}

Quæstio.

Respoſio.

C4.97 Ideo, inquit Aug. rogandus est, ut velit quod
necessè est fieri, si voluerit. Sic & illud, quo-
ties volui, &c. Non enim sensus est, quod
voluerit, & non sit factum (ait Aug.) quod
voluit, quia ipsa noluerit: sed quia noluit, ea
nolente collegit quos voluit. Ideo dictum
est, quoties volui congregare, & noluisti? i.
quotquot cōgregauī mea volūtate, te nolēte
feci. & ad hunc sensum intelligitur illud Io-
hannis 1. Illuminat omnem hominem ve-
nientem in hunc mundum. non quod omnes
illuminentur, sed quod nullus est illuminata-
tus, qui non sit ab ipso illuminatus, &c.

C A P. 2. *Mala culpæ Deus fieri non vult,
non vult tamen ea non fieri.*

Q Vidam dicunt Deū mala velle esse &
fieri: sic disputātes: Primo, si deus ea
nollet fieri, nō fierent: quia eius volūtati ne-
mo resistere potest. Secundo, vult deus vel
mala fieri, aut non fieri. Si vult non fieri, non
fiunt: sed illa fiunt, vult ergo illa fieri. Tertio,
bonum est mala esse vel fieri: alioqui summe
bonus non permitteret ea fieri: ergo vult il-
la fieri.

Alij autem dicunt Deum inala non velle
fieri vel esse. & præmissis rationibus respon-
dent Deum nec velle mala fieri, nec velle nō
fieri, vel nolle fieri, sed tantum non velle fie-
ri: quia si vellet ea fieri vel esse, faceret ea sic-
ri vel esse: & ita esset author malorum.

10a - 1.

74. 1

E P I T O M E

Itē, si nollet fieri, vel vellet non fieri, & ta-
men fierent, omnipotens non esset: quum
eius voluntas humanæ voluntatis effectu
impediretur. Idēoque non cōcedunt Deum
velle mala fieri, ne author malorum Deus
intelligatur: nec concedunt eum velle mala
nō fieri, ne impotēs esse videatur: sed tātūm
dicūt eum non velle mala fieri. Vnde Ioh. i.
diētū est, Sine ipso factū est nihil. i. peccatū.

Peccatum non dicit per eum factum esse,
vel eo nolente: sed tantūm sine eo, id est sine
eius voluntate.

Quōd autem dicit August. in Enchirid. *cd. 69.*
mala esse, bonum est, intelligendum est quōd R. 8.
ex malis Deo bona elicit. Vnde dicit Aposto-
lus, Omnia cooperantur in bonum. Vel iis
qui faciunt, vt August. dicit lib. de Correct. *cap. 7.*
& Grat. usque adeo Deus cooperatur in
bonum, vt si qui eorum deuient, etiam hoc
ipsum faciat eis proficere in bonum: quia
humiliores redeūt atq; doctiores, vt Petrus.

Quōd verò Deus non sit author mali
culpæ testatur August. lib. 83. Quæst. vbi di-
cit, quōd Deo authore homo non sit dete-
rior, nec fiunt mala Deo volente: quia ipse
non est causa tendendi ad non esse: tende-
re enim ad non esse, malum est. Ipse autem
author mali non est. Tendit verò ad non
esse, qui operatur malum. non est igitur cau-
sa deficiendi, &c.

No.
lib. 2. an 152.
l. 1. g. n. om.
3r. f. 155. a.

deus author
ali - s